UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 35. An judices vel officiati possint de eo, quod extra suum officium committant, hac pace coerceri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

ab Officiali impetratis Tongrenſibus obſtitit, uſque dum Officialis ſalarium tri[...] ret. Cui etiam Tongrenſes acquieverunt, & herbam forenſem ut eſt in adag[...] M. Nicolao dederunt. Qua de re extant acta apud VVarnerum Richman A[...] chiſiſcum, nec ſunt ab hoc ſcopo aliena multum quæ jam is Langleus late & pe[...] docte adfert *ſemeſtrium lib.7.cap.18.* Senatorem ſi quid delinqueret, in eum ob noxiæ ſententiæ ab aliquo judice non oportere neque animadverti in eum niſi ab ipſo ſenatu poſſe.

QUÆSTIO XXXIII.

Princeps juxta has paces habens ignem & fugam, utrum poſſit communem quam homicida cum alio domum habet, diruere.

HÆc quæſtio fuſius à me tractata in Venietur in tractatu noſtro de advocatiis feudalibus.

QUÆSTIO XXXIV.

Quid ſi judex ordinem juris prætermittat.

SUMMARIUM.

1. *Ordinis judicarii omiſſio inducit fraudis præſumptionem.*

1 OMiſſio judiciarii ordinis fraudis quidem præſumptionem inducit, *glo. l.1. C. de fide inſtr. lib.*10. *Rom. conſ.*54. *Hippolit. Marſil. in pract.* §. *ſecundo num.* 71. Sed an cenſuræ hujus tribunalis ſubjecta ſit, pendet ab iis quæ de lata culpa & nullitatibus à judice commiſſis alio in loco notavi.

QUÆSTIO XXXV.

An judices vel officiati poſſint de eo, quod extra ſuum officium committant, hac pace coerceri.

SUM-

SVMMARIVM.

1. *Officiati non ſindicantur de eo quod committunt extra eorum officium.*

Videtur quod non. *Hippolit. de Marſiliis ſing.* 560. *& Rubr. de fidejuſſoribu*
num. 185. eleg. l. fin. num. 172. *ff. de jurisdict. om. jud. Guiliel. de Cuneo l. nulli C.*
quorum appell non recipiuntur. Caſt. l. 1. *§. in filio ff. ad Maced.* Sindici enim, quo-
rum inſtar ſunt vigintiduumviri, qui poteſtatem habent ſindicandi officiatos, non
poſſunt ſe intermiſcere de eo quod extra ſuum officium geſſerunt, *DD. jam*
citati. Sed adhibenda eſt alia ſalis mica; pax enim vigintiduumviralis coercet
eos, qui orbitas ſui officii dolo malo prætergrediuntur, uti aliis in quæſtionibus
oſtendi.

QVÆSTIO XXXVI.

Judex ferens ſententiam nullam, an poſſit à vigintiduumviris coerceri.

SVMMARIVM.

1. *Iudex ferens ſententiam nullam, non facit litem ſuam.*
2. *Statutum puniens facientem actum, nõ extenditur ad facientem actum nullum.*
3. *Conſuetudine generali officiati tenentur tantum de dolo.*
4. *Judices ſindicantur tantum de ſordibus & corruptionibus.*

Reſpondeo non poſſe, Quia judex ferens ſententiam nullam, non facit li- 1
tem ſuam, *Tiraq. ad l. connub. glo. 8. numer. 208. glo. l. 1 ff. de variis & extraord.*
cognit. Barth. in quæſtione per eum diſputata incip. 4. ſententia judicis. Nam & 2
lex aut ſtatutum puniens facientem aliquem actum, non comprehendit facien-
tem actum nullum *l. 1. §. ult. ff. quod quiſque juris ubi Ang. & Alex. Hippol. de*
Marſil. l. qui ſine accuſatoribus numer. 11. ff. de quæſt. Ut proinde ita nulliter judicans,
litem non quidem faciat ſuam, ſed ad expenſas tantum litis poſſit obligari,
Amadeus de ſindicatu num. 140. Marſiliis in d. num. 11. glo. l. fin. ff. de variis & ex-
traord. confirmatur, quia generali conſuetudine Officiales non tenentur niſi de
dolo, non vero cum de culpa lata, *Bald. l. obſervare §. proficiſci quæſt. 15. & 18. ff. de*
offic. proc. Amadeus de ſindicatu num. 86. ubi dicit, quod judices non ſindicantur, niſi
de furtis & ſordibus, de iniquis autem ſententiis & per imperitiam male latis
neutiquam